

JOH. FRID. WILH. DE NEUMANN,

in WOLFSFELD,

CONSILIARII BRANDENBURGICO-
ANSPACENSIS,

DE

DELICTIS ET PŒNIS

PRINCIPUM

COMMENTATIO.

*Delib. et coll.
m. sequenda*



FRANCOFURTI ad MOENUM,

Ex Officina REINHARDI EUSTACHII MOELLERI, 1753.



Conspectus Titulorum.

LIBER I.

DE

Delictis Principum.

Tit. I. de Principum delictis in genere.

II. de publicis summorum Principum delictis, in ipsa regiminis administratione commissis.

III. de privatis summorum Principum delictis, speciatim de impietate erga DEUM,

IV. de homicidio.

V. de libidine & incontinentia.

VI. de injuriis.

VII. de furtis,

de Neum. Tom. VII.

A 2

Tit. VIII.



LIBER I.

DE

DELICTIS PRINCIPUM.

TITULUS I.

DE

Delictis Principum in genere.

* * *

Delinquunt Principes, tum qua tales, & in regiminis administratione: tum extra regiminis administrationem simpliciter qua homines. Illa publica, hæc privata Principum delicta vocare lubet.

Grammaticus L. 5. De permissis singularibus certaminibus plenas esse leges Longobardorum, Saliorum, Ripuariorum, Anglorum, Burgundionum, Danorum, Alemannorum, Normannorum &c. vere scribit *Bodin* de Republ. L. 4. c. ult. p. 742. Speciatim ex legibus Longobardorum Lib. 2. tit. 55. num. 23. & 35. videre est, communi Imperatoris Ottonis, Pontificis Romani Joannis XIII. & Procerum Italiae decreto in Synodo Ravennatensi ad tollendam perjuriorum fraudem controversias judicio duellico fuisse subjectas. Speculum Saxonicum statuit L. 1. art. 39. die ihr Recht mit Dieberey oder Raub verlohren haben, ob man sie Rauberey anderweit beschuldiget, mögen mit ihrem Eyd nicht unschuldig werden, sondern haben dreyerley Wahl, das heis Eisen zu fragen, oder aber in einen wallenden Kessel zu greiffen bis an den Ellbogen, oder mit kämpffen sich zu erwehren. Plura de duellis disponuntur art. 43. 48. 49. 63.* Jus Provinciale Svevicum c. 167. ait: davon muß man das Gericht an Gott lassen, davon ist Kampff gesetzt, denn was die Leute nicht sehen, das weiß doch Gott der allmächtige wohl, davon sollen wir Gott vertrauen, daß er den Kampff nun nach Recht scheide.

* Ex notabili hoc textu Land. R. L. 1. art. 63. antiqui duellorum ritus & consuetudines velut in compendio possunt perspicui. Scilicet duellum non nisi prævia judicis venia & jure jurando subire licebat, actor jurabat, quod accusatio vera sit, reus autem quod sit innocens. Denegari duellum poterat deteriori in generatione it. cognato it. si post meridiem infertur. Iudex cuique duos præbebat, qui videant, quod secundum consuetudinem præparentur. Quantum voluerint de corio & lineo induere poterant, dummodo frontes ac pedes maneant nudati. In manibus non nisi simplices habebant chirothecas, nudam in manu quilibet gladium, & cum uno vel pluribus secundum cujusque arbitrium præcingebatur, clipeum ligneum corio rectum manu ferebant. Iudex circulo pacem, ne quis eos impediatur per punitionem capitis demandabat. Splendor solis eis debebat dividi. Si reus vincebatur, condemnabatur, si vero vincebat, donata ab actore emenda, & judicis multa absolvebatur. Actor in circulum prior veniebat, & si reus protraxerit, tribus vicibus per